Marci Tullii Ciceronis 2

VITA;

Hinc inde ex optimis quibusque Scriptoribus delibata, & in compendium redacta;

Operâ & studio
JOANNIS HARMARI,
Linguæ Gr. nuper apud Oxonienses Prælectoris Regiû.

In usum Scholarum.



OXONIÆ,
Typis A. & L. LICHFIELD, Acad. Typog: Impensis JO: NIXON, 1662.

Marci Tullii Ciceronis


VITA:

Hinc inde ex optimis qui-busque Scriptoribus delibata, & in compendium redacta;

Operâ & studio JOANNIS HARMARI, Linguae Gr. nuper apud Oxonienses Praelectoris Regii.



In usum Scholarum.



OXONIAE,
Typis A. & L. LICHFIELD, Acad. Typog. Impensis JO. NIXON, 1662.

Elegantissimo, & magnæ spei
Adolescenti
D. ROBERTO HIDE,
Reverendi Præsulis
D. ALEXANDRI HIDE,
S. Th. D.
Ecclesiæ
WINTONIENSIS DECANI
plurimùm honorandi,
Filio natu maximo.

ANimadverti sæpius (suavissime Adolescens) in hac Tua ætatula promptam ad virtutem & Literas indolem. In his eruditæ Linguæ non postremum

rentium sibi locum vendi-
cant. Illæ Græca sunt &
Latina, Latina Græcam
à tergo sequitur. Illam non
aliunde melius hauseris,
a Quintil. lib. X. *quàm ex vivo illo* [a] Elo-
quentiæ gurgite, *Cicerone.*
b I.iv. [b] Ad cujus laudem Cice-
rone opus est. *Siquidem in*
illo est ipsa Vis Demosthe-
Quint.ib. nis, Copia Platonis, Suavi-
tas Isocratis. *Hujus Vi-*
tam in usum Tuum, & per
Te, aliorum, conscriptam, Ti-
bi nunc exhibeo, ut Illum
&

& luculentiùs intelligas, & ardentiùs ames, & diligentiùs pervolvas. Cujus stylum si effinxeris, cum politissimis viris pari passu incedas. Ne sim tædio, nihil majus Tibi optaverim, quàm ut, in Literarum stadio decurrens, verè patrisses, & c semper ut Te (*& stirpe Tua*) digna sequare. c Hor. Od. l. 11.

Dat. Stephantoniæ in Agro Hamptonicensi Novembris 6. 1662.

Hoc votum est profectûs Tui in Bonis Literis Studiosissimi

JO: HARMARI.

Et luculentius intelligas, Et ardentius ames, Et diligentius pervolvas: Cujus Stylum si effinxeris, cum politissimis viris pari passu incedas. Ne sim tædio, nihil majus Tibi optaverim, quam ut, in Literarum Studio decurrens, vere patrisses; Et c semper ut Te (Et stirpe Tua) digna sequare.

c Hor. Od. l. 1. 11.

Dat. Stephanoniæ in Agro Hamptoniensi Novembris 6. 1662.

Hoc votum est profectus Tui

in Bonis Literis

Studiosissimi

Jo: HARMARI.

Marci Tullii Ciceronis

Hinc inde excerpta.

Marcus Tullius Cicero [illegible] in Italiae [illegible] natus est, Marco Tullio Patre [illegible] Helvia, tempore Belli Jugurthini, eodemque anno, quo Cn. Pompejus, post Romam conditam [illegible] Januarii [illegible] susceptus I. Cic. quo loco & tempore natus fuerit.

B postea

postea in populi *Romani* civitatem & jure ipso factus est Romanus.

Unde Cicerones dicti fuerint?

Porrò, *Cicerones* à *Cicere* appellatos fuisse constat. nam *Fabiorum* (*inquit Plinius*) *Lentulorum Ciceronum cognomina prima inde esse, ut quisque aliquod genus optime sereret.* Cap. 3. Lib. 18.

II. *Institutio.*

Adhuc puer cum jam esset ætate, quâ ad humanitatem informari posset, magistro à Patre traditus est, & postea unà cum *Q. Fratre Romam* missus, *P. Crasso*, Oratorum omnium illius temporis facile principi commendatus est. Cujus curâ & studio, ab optimis inibi præceptoribus statim institutus est, & inter hos ab *A. Licinio Archia*, *Poeta* celebri, qui paulò ante cum *Cicero* viz. natus esset annos (ut ajunt) quatuor Romam venerat.

Poetice.

III. Cum autem in *Poetice* tam felices progressus fecisset ut unâ nocte 500 versus condere sœpenumero soleret,

soleret, convertit tamen se ab hoc studio ad *dicendi Artem*, audiens quotidie illius temporis præstantissimos Oratores, *L. Crassum* & *M. Antonium*, huc etiam adjuncto frequenti scribendi, declamandiq; usu.

Qua quidem exercitatione usq; adeo profecit, ut Adolescentulus adhùc *Aviam suam Juliam defunctam, pro concione laudaverit*, ac non ita multis post annis, librum de *Inventione*, seu Artis Dicendi præcepta latinè ediderit.

IV. *Togam Virilis.*

Deducebantur autem adolescentes, qui *togam Virilem* sumebant, in forum à patribus, vel à propinquis ut essent *fori* auditores & sectatores *judiciorum*. *Cicero* igitur post *L. Crassi* interitum sumptâ virili togâ, ad Q. *Mutium Augurem* Juris peritorum omnium Eloquentissimum à patre deductus est; quo mortuo, ad Pontificem

Scævolam Jurisperitum, se contulit, virum ingenio & industriâ præstantissimum. Atque ab eo rursus totum se tradidit *Academiæ Principi Philoni*, qui *bello Mithridatico Athenis* cum aliquot illius Civitatis optimatibus *Romam* profugerat.

Philosophia. Anno deinde proximo audivit quoque *Apollonium Molonem Rhodium*, summum Causarum Actorem, Rhetoremque præstantem: Post illos vero summi Oratoris *Q. Hortensii vestigiis* dies & noctes institit. In Dialecticis vero diligentissimè audivit *Diodorum* quendam *Stoicum* cæcum, qui domi *Ciceronis* mortuus est.

Dialectica.

V. Annos jam natus viginti septem causam privatam pro *P. Quintio* dixit & proximè sequenti contra *L. Syllæ Dictatoris* dominantis opes pro *Sex. Roscio Amerino* primam causam publicam egit. Qua defensione quod *Syllæ* Potentiam

[Cic. 27. annos natus causam privatam egit pro Quintio; & Publicã pro Roscio Amerino e-...]

acriùs

acriùs sigillâsset, ut ejus inimicitiis cederet, postquam biennium causas cum laude egisset, profectus est in *Asiam* versatusque *Athenis* cum *Antiocho Ascalonite* summo philosopho, & cum *Demetrio Syro* præstanti Dicendi Magistro. *Cur Athenas profectus.*

Eo post paucos menses unà cum nobilissimis Philosophis, summisq; Oratoribus totam *Asiam* peragravit, & hinc *Rhodum* profectus *Posidonio Philosopho* & *Moloni*, quem antea Romæ audierat rursus dat operam.

Cum jam biennium abfuisset in *Asia*, & *L. Sylla* in agro *Cumano* jam occubuisset, amicorum literis revocatus, *Romam* multis optatissimus rediit, & anno post reditum primo, *Quæstor Siciliensis* cunctorum suffragiis declaratur. VII *Sicilia Quæstor.*

Postquam verò jam exacto è *Sicilia Romam* reverteretur, Verri [illegible] annos penè quinque in *Orationes in Verrem.*

 omni

omni Causarum genere, suscepto *Siciliensi* patrocinio adversus *Verrem Siciliæ Prætorem Repetundarum à Siculis* postulatum designatus est *Ædilis.*

Ædilis.

Et biennio post Ædilitatem interjecto, cunctorum suffragiis, & summa voluntate populari, renunciatus est *Prætor*, plus tum studii, curæque in agendo, quam in scribendo collocans. Orationes porrò *in Verrem* habuisse existimatur anno *ætatis suæ* 37. pro *Fonteio* vero dixisse videtur anno 38. pro *Lege Manilia* qua suadet *Pompeio* committendum esse *Bellum Mithridaticum* anno 41. & alterum pro *Aulo Cluentio*, tertiam pro *Fundanio*, pro *C. Cornelio*, anno 42.

Prætor.

Orationes Cic. pro Fonteio pro Lege Manilia, pro Cluentio & Fundanio pro C. Cornelio.

VII. Jam vero *Virtute duce, comite fortunâ*, maximâ cum gratiâ, & Gloriâ, omnia summa, honores, opes, dignitates, per se ipse consecutus, ad altissimum dignitatis gradum, *Con-*

Consulatum nimirum contendit, & adspiravit, *ætatis suæ anno* 43. quo temp[illegible] *L. Fratrem*, & paulò post [illegible] *Patrem suum amisit*, auctus ad hæc tunc filiolo, & adeptus generum *Tulliolæ maritum C. Pisonem L. Filium*: Ast ubi post habitis viris nobilissimis, *Sulpitio Galba*, *Q. Cornificio* & *L. Catilina* competitoribus, *Consulatum* jam obtinuisset, adjuncto ipsi Collega *C. Antonio M. Antonii filio* domum paternam *Q. Fratri* concessit, comparatâ sibi domo in ipso *Palatio* urbis loco longè pulcherrimo. L. *Frater* *Pater moritur*, *Filius nascitur*, *Filia nubit*. *Cic. Consul.*

Hoc anno videtur *Q. Gallium* de *Ambitu* defendisse. *Cic. pro Q. Gallio.*

Cicero igitur *ætatis suæ anno* [illegible] *Kal. Januarii* inito *Consulatu* Rempub. accepit plenam solicitudinis, & timoris, cùm *nihil esset mali*, *nihil adversi*, *quod non boni metuerent*, *improbi expectarent*.

 Ex

VIII. *Ciceronis in Consulatu res gestæ.* Ex his autem [illegible] igitur, quæ in Consulatu præclare gessit, pauca quædam commemorabimus. Initio Consulatus sui seditiosam Tribunorum Plebis Rogationem, qua alii, Legem Agrariam [illegible] quam proponebant, abrogavit.

Cic. pro Murena & C. Rabirio. Hoc Anno L. Murenam accusatum de Ambitu, & C. Rabirium perduellionis reum defendit.

Catilinæ conjuratio. [illegible] præterea [illegible] nobilem conjurationem Catilinæ, [illegible] opprimendi Reipublicæ [illegible] & sagacitate indagavit, ipsumque Catilinam, habitis in eum orationibus quatuor, [illegible] Urbe jussit, & faces ad comburendam Urbem accensas extinxit, & cum capitis sui periculo Remp. ex Parricidarum faucibus ereptam S. P. Q. R. restituit, ut non immerito, primus omnium frequentissimo Senatu

Cic. Pater Patriæ. *Pater Patriæ* sit appellatus.

Fuit

Fuit is autem annus V. C. 692. Ætatis vero *Ciceronis* 45. nam hujus anni initio *Catilina*, cum exercitu à *C. Antonio* Procos. cæsus est, & Q. Frater *Ciceronis* declaratus Prætor, *Asiam* Provinciam per triennium obtinet. Hoc etiam anno habita est oratio pro *Archiâ* Poetâ, & 48. pro *Flacco* repetundarum reo. Cic. pro Ar-chiâ, & pr[o] Flacco.

IX. *Cicero* verò jam post *Consulatum* potentum & malevolorum quorundam inimicitias per quinquennium perpessus est. Nam P. *Clodius* homo nobilis, Tribunus Pl. designatus, cujus apud Romanos tum summa potestas, ob veteres inimicitias Ciceronem in judicium vocat, accusans eum quòd in opprimendâ Conjuratione Catilinæ ante *S. P. Q. R.* sententiam, *Lentulum*, & *Cethegum* conjuratos supplicio affecerit, adeo ut L. Lamia equestris ordinis Princeps, pro Ciceronis salute acerrimè depug-

Clodius [illegible]

nans,

nans, ab urbe mille passus abesse jussus est.

Ciceronis exilium.

Cicero cùm *Tribunitio* furori cedere maluit, quàm armis obsistere, factus *Mense Martio ætatis suæ* 49. *sua* voluntate exsul, cum tanto multorum luctu, ut omnis ferè *Ordo equester*, frequens *senatus*, & cum eo *Juventutis Romanæ* 20 *millia pro salute ejus Vestem mutârint* eumque tanquam deprecatores salutis ejus Comitarentur.

X. *Consilium senatus adversus Ciceronem.*

De *discessu* ejus rumor ut primum ad aures populi permanâsset, statim Consilio instinctuque *Clodii*, ipsi veluti profugo, igni & aqua interdicitur, adjuncto etiam *edicto*, ne intra 500 milliaria *Italiæ* tecto, hospitioque a quoquam reciperetur.

Domus & villa Cic. a Clodianis direpta.

Prædia, villæ, domus ejus in Palatio Clod*ianorum direptionibus incendiisque* patuerunt; & in domus ejus area *Libertatis Deæ Templum erigitur.*

Bona

Bona direpta ad *Coss. Clodio amicissimos L. Pisonem*, & *A. Gabinium* deferuntur.

Uxor ejus vexabatur, *Liberi* ad necem quærebantur.

Proficiscenti verò ex *Italia* affertur *Rogatio*, ut sibi liceret esse ultra 400 milia. Profectus igitur primum *Vibonem* venit, *Lucaniæ oppidum*, atque illinc *Tarentum* & *Brundusium*, illinc *Dyrrachium* in *Macedoniam*, *Dyrrachio Thessalonicam* pervenit, & Exceptus ibi liberaliter à *Planco Macedoniæ Quæstore*, commoratusque apud eum *menses* 7, quo tempore permultas epistolas ad *Atticum* scripsit, *Thessalonicam* rursus *Dyrrachium* se recepit.

At postquam decimum jam mensem *ab Urbe exsularet*, Creatus est *Consul P. Lentulus* Ciceroni semper amicissimus qui *Kal. Januarii*, initio viz: *Magistratus* sui, idem

Rogatio de Cicerone.

Cic. pro[...] excipitur [...] *Planco* [...] *Macedo[...]* *Quæstore* apud eu[...] commora[...] 7 *Mens[...]*

Cic. ep[...] ad Attic[...]

XI.

Cic. ab U[...] exsular[...] *Menses*[...] S. C. de [...] ceronis [...] dita.

idem sentiente *Cn. Pompeio*, & *A. Milone Tribuno Pl.* cum *P. Sestio* & pluribus aliis de Ciceronis reditu statim cœpit agere; sed cum *Senatus* habendus foret, agendumque jam esset de *Ciceronis* ab exilio reditu 8 *Kal. Februarias*, Præsidium adversus *Clodianos* in templo *Castoris* collocatur.

Cum quo Clodiani pugnam committentes *P. Sestium* cum quam plurimis aliis occiderunt, ut eorum cadaveribus ipso etiam Tyberis repleretur; Sperantes hoc modo *Ciceronis* reditum se intercluturos. *Q.* etiam *Cicero frater* inter cadavera tanquam occisus jacuit.

XII. Sed nihilo minus, illis, quos dixi, ducibus, *S. C. de Ciceronis Reditu* tandem est confectum.

ab exilio Reditus ... ætatis ... 50. Hoc igitur nuntio accepto, *Cicero* statim *Dyrrachio Brundisium*, & *Brundusio* intra dies 2[?] in *Urbem*

rediit,

reditu, cunctis *Italiæ* Civitatibus, *Brundusio*, *Neapoli*, *Capuâ*, *Sinuessâ*, *Minturnis*, *Formiis*, *Terracina*, *Aricia*, quas eum transire oportebat, festos dies agentibus, ipsique *Reditum* gratulantibus; Venitque ad *Urbem* exilii sui mense, ut *Plutarchus*, Decimo, ut *Appianus* 16°, ut alius quidam 17 *Nonas Septembris*, cum incredibili *Senatûs* P. Q. R. gratulatione, & gaudio.

Postridie vero, qui dies *Nonarum Septembris*, *Senatui* egit gratias eâ *Oratione*, quæ *post reditum in Senatu* inscripta extat.

Cic: Oratio post reditum

Egit & *populo Romano alterâ Oratione* gratias, quæ post reditum ad *Quirites* inscribitur:

Ciceronis Oratio pro Domo sua.

Pridie vero *Kal. Octobris* Cicero ad *Pontifices* dixit *Orationem pro Domo suâ* incendio *Clodii* jussu, absumpta pecuniaque publica ad ejusdem ædificationem Ciceroni restituitur.

Quantam

XIII. Quantam vero *rei familiaris* jacturam fecerit in hac absentia *Cicero*, facile colligitur ex *Bonis* quæ possidebat. Nam *Villas* (ut in ipsius *Epistolis* observâsse se scribit *Blondus*) habuisse fertur *duodeviginti*, inter quas, celebriores, præter *Arpinatem*, fuere *Tusculana*; *Formiana*, *Arcana*, *Pompeiana*.

Cic. Villæ.

Oratio por Sextio, Oratio in Vatinium & de Aruspicum responsis.

Anno ætatis 51 dixit *Cicero Orationem pro Sextio*; & in *Vatinium*; & de *Aruspicum* responsis; & de *Provinciis Consularibus* & pro *C. Balbo*.

Tullia quoque *Ciceronis* filia, *Caio Pisone* mortuo, *Furio Crassipedi* despondetur.

Oratio in Pisonem. lib. de Oratore.

Anno 52 habita est à *Cicerone* in *Pisonem Oratio* & scripsit porro *tres libros de Oratore*.

Politica.

Anno verò 53 instituit in *Cumano* suo scribere *Politica de optimo statu Civitatis*, & *de Optimo Cive*; Hoc etiam anno pro *Vatinio* dixit,

&

& mense Septembri pro Æmilio Scauro. Item pro Plancio & A. Gabinio repetundarum reo, ac postremò pro Rabirio Posthumo de Repetundis postulato. — Oratio pro Vatinio, & Æmilio Scauro, &c.

Restituto jam Ciceroni item Miloni & aliis qui Ciceronē revocârant, inveterato odio infestissimus fuit P. Clodius, quem Milo anno a Ciceronis in urbem reditu circiter quinto, sibi insidiantem, quasi vim vi depellens, interfecit, eamque cædem, ut jure factam summa fide constantiaque defendit Cicero, habitâ pro eo in foro armis septo Oratione, quæ inter Ciceronianas jure habetur, & dicitur omnium prima. — XIV. Clodius à Milone interfectus. — Orat. pro Milone. — Hujus Orationis par oratio ob omnibus mirificè prædicatur.

Putatur autem Clodiana cædes incidisse in annum ætatis Ciceronis 55. Cos. Pompeio magno, scripsitque circa hoc tempus Cicero Libb. de Legibus. — Lib. de Leg.

Biennio post cædem Clodii, mor-

tuo

tuo apud *Parthos Crasso* Juniore, *Cicero* ætatis suæ anno circiter 57 in *Augurum Collegium* cooptatus, à *Q. Hortensio* augure inaugurabatur; cum quo 12 ferme annos post *consulatum* in maximis causis est versatus.

Cic. in Augurum Collegium cooptatus.

XVI.

Cicero circiter hunc annum præter voluntatem *Procos.* ex. S. C. cum imperio & exercitu 12 *Millium Peditum, & Equitum* 2 *millium in Ciliciam* Romanorum Provinciam Consularem opulentissimam in *Asia minore*, *Appio Pulchro* successori mittitur. Quo tempore profectus, per *Athenas*, *Ephesum*, *Tralles*, mense fere uno in itinere consumpto *Kal. Sextiles*, *Laodiceam* venit in Provinciam perditam, & plane ut ipse scribit, eversam, *Servio Sulpicio Rufo*, & *M. Marcello Coss.*

Cicero Proconsul in Ciliciam missus.

Quam provinciam, qua prudentia, & industria administraverit,

quæque

quæque in ea gesserit, Longum hic foret commemorare.

XVII.

Anno 57 *Tullia Ciceronis* filia nubit *Dolabellæ*, & *Cicero* defunctus hoc anno, provinciæ administrandæ munere, ipsique præponens *Quæstorem Cælium* ex provincia decedit profectus *Rhodum Molonis* veteris *sui Magistri visendi gratia*, *& illinc Athenas* unde cum esset soluturus in Italiam Tironem libertum suum reliquit ægrotum *Patris Peloponnesi* oppido, ad quem multas ex itinere Scripsit Epistolas quæ leguntur libro *Familiarium Epistol.* 16°. & totius itineris rationem exponunt.

Tullia nubit Dolabellæ.

Cælius Ciliciæ Quæstor.

Tiro Cic. libertus ægrotus relictus Patris

Cic. Epistolæ ad Tironem lib. 16.

Brundusium igitur venit 7 Kal. *Decembris*, quo illi Uxor *Terentia* obviam processit, eundemque in *Formiano Pompeius convenit*, *collocatus cum eo de Reipubl. statu ab hora octava usque ad Vesperam*, venitque *anno ætatis suæ* 58 in Urbem pridie

Cic. Brundusium venit.

Pompeius Cic. invisit.

 nonas

nonas *Januarias*, alienissimo, videlicet, Reipub: tempore.

XVIII. …llum Ci- …le inter C. Cæsarem … Pompeiũ.

Incidit enim in ipsum incendium civilis discordiæ, aut belli potius inter *C. Cæsarem*, & *Pompeium* de sua potentia cum civitatis periculo dimicantes, quos *Cicero Senatui* & sibi invicem reconciliare studens, orat, ut uterque exercitum demittat, & reliqua *Senatui* ex æquo & bono conficienda committat; Sed *Pompeius omnes Pacis conditiones repulerat.* Itaque *Italiæ* regiones descriptæ, quam quisque partem tueretur.

Cicero Capuam sumpsit clarissimam *Campaniæ* civitatem, cum interim *Cæsar* trajecto *Rubicone Ariminum*, *Pisaurum*, *Anconam*, & *Aretium* occupasset:

Urbem Coss. & *optimates* omnes reliquerunt; *Cicero* quoque uxore cum Filio relictis *Romæ*, *Capuam* proficiscitur, & illinc ad *Pompeium*,

quem

quem *Cæsar* ex *Italia* in *Thessaliam* profligavit, & in *Pharsalico campo* victum, profugientemque in *Ægyptum*, tam diu prosecutus, donec ab *Ægypti rege* occisum esse cognovit: atque hoc jam sublato, disjunctissimas terras *Asiam* & *Africam* occupans, *totum Romanum Imperium solus quoad vixit, gubernavit*.

Pompeius in Pharsalia vincitur: in Ægypto occiditur.

XIX.

Cic: Brundusium remigrat.

Cicero igitur anno ætatis suæ 59. Victo, fugatoque *Pompeio* prælio *Pharsalico*, æstate adhuc ferè media, Bello sibi duxit abstinendum; reversus *Brundusium* sub mensem *Octobrem*, ubi cum *Cæsarem* diutius moraretur, venit ad ipsum invisendum *Tullia*, pridie *Idus Junias* sequentis anni: constitueratque *Cicero* filium *Ciceronem* mittere *Cæsari* obviam: sed cum de ejus adventu nihil afferretur, consilium mutavit. pridie verò *Idus Sextiles* accepit à *Cæsare* literas, quibus ip-

 sum

fum jubebat esse eundem qui fuisset.

XX. Cæs. ex Ægypto reditus. Venitque *Cæsar* non multò post in *Italiam* in qua *Ciceronem* longè ante alios sibi obviam procedentem conspicatus, descendit, salutavit, multesque cum eo stadia processit.

XIX *Cicero* igitur ubi in *Cæsaris* gratiam rediisset, sub extremum anni; ætatis suæ sexagesimo in urbem reversus est, in eaque se continuit; cujus causam cognoscere licet ex *Epist. 2. lib. IX. ep. ejus Familiarium*.

Bellum Aphricanum. *Cæsar* eodem tempore bellum gessit *Aphricanum* adversus *P. Scipionem*, qui ad *Jubam Mauritaniæ regem* profugerat; eoque jam confecto sub finem anni 61 *Ciceronis* ætatis cœpit *Bellum Hispaniense*

Bellum Hispaniense. adversus *Pompei Liberos*, & Anno insequente *Sexto* fugato, & *Cnoæo* interfecto, mense *Octobri* in *Urbem* rediit;

rediit; & coram *Cæsare Cicero* dixit Orationem pro *Rege Dejotaro*.

Cum igitur *Cicero*, Repub. à *Cæsare* occupata, anno ætatis suæ, 60, intelligeret, nec consilio suo, nec Auctoritati, locum ullum in ea relictum, hortante *Q. Fratre*, *Brutoque*, ad *Philosophiæ* studia se totum convertit, ut eam *Latinis Literis* illustraret. XXI.

Cic. ad Philosophia studia se totũ applicat.

In quo genere studiorum, hoc, & proximis annis multos conscripsit libb. Nam dum adhuc in Repub. versaretur, in agendo, plusquam in scribendo, operam posuit; nec tum quidquam fere præter *Actiones* suas, scriptis mandavit, quod multæ ejus testantur *Orationes*, quæ hodie etiamnum extant, 38.

Quos Cicero libros quoveme hac ætate scripserit.

Scripsit igitur hisce postremis annis:

Librum de claris Oratoribus, qui Brutus inscribitur. I.

Par-

2 *Partitione Oratorias ad* [illegible]
censetur
3 *Oratorem ad M. Brutum de optimo*
genere dicendi
4 *Orationes pro M. Marcello* [illegible]
Ligario [illegible]
5 [illegible] *Malorum*
libri [illegible]
6 *Tusculanarum Quaestionum libri* [illegible]
7 *Academicarum Quaestionum libri* [illegible]
8 *De Natura Deorum, libb.* 3.
9 *De Divinatione libb.* 2.
10 [illegible] *sive de Laudibus Philo-*
sophiae.
11 *Catonem majorem sive* [illegible] *Dialogum*
de Senectute ad Pomponium Atticum.
12 *Laelium sive de Amicitia Dialogum*
13 *Sermonem de fato.*
14 *Topica ad Trebatium.*
15 *Libros sex de Repub.* qui praeter
somnium Scipionis, interiere omnes.
Denique omnium utilissimos
officiorum *Libb.* 3. ad Ciceronem
1 filium suum, tum [illegible] Philoso-
phiae

phie navantem operam.

Anno 61 cum *Uxore Terentia divortium* fecit, quæ deinde Auctore *Dione*, *Vibio Rufo* nupsisse dicitur & Annum implevisse 103. *Valerius Max.* l. 8. cap. 13. Immo sunt qui dicunt eam nupsisse *Salustio*, & annos vixisse 117. *Plin.* lib. 7. cap. 48. *Terentia repudium.*

Sexagesimo secundo ætatis suæ anno, Uxorem duxit, alteram *Publiliam* nomine bene dotatam, ut hâc occasione æs alienum quod contraxerat, dissolveret. XXII.

Eodem anno moritur *Cic. Filia* ex partu, cum nupta jam esset *Dolabellæ*, cujus occasione *Publilia* a *Cicerone* quoq; repudiata. Dicitur. *Tullia Obitus.*

Anno 63 otium quod *Cæsare* solo Rempub: tenente negotii cum inopia *Ciceroni* attulerat novi Belli discrimine, nimis citò *Ciceroni* rursus ereptum est. XXIII.

Nam *Cæsar*, ubi propter *Dilatu-*

turam perpetuam quorundam odio laborare cæpisset, quinto, (ut aiunt) mense, postquam rebus ut cunque pacatis, in Urbem reversus esset *Idibus Martiis*, præsente Collega, & affine suo *M. Antonio Cos:* à M. & D. *Bruto*, ac *Crasso*, cæterisq; conjuratis Libertatis *Romanæ* Vindicibus, in Senatu *Triginta tribus Vulneribus confossus occiditur.* Quæ res magnarum rursus perturbationum occasionem dedit:

Cæsar in Senatu occiditur. Vide Eutropium lib. 6. & 7.

XXIV.

M. Antonius Senatus Bruto & cæt. Cæsaris occisoribus applaudit.

Nam affinis *Cæsaris*, M. *Antonius* homo & ambiciosus & prodigus, multoque obstrictus ære alieno, obtendens *Cæsaris* inultam mortem, cujus percussores *Senatus*, ut *Liberatores* collaudarat, eosdem illos Urbe pulsos, odiis Armisque persequitur, ipsique etiam *Senatui* infensus Urbano Consulatu suo *Dictaturam gerebat*, armatoque cum milite veniebat in Curiam, Senatum ipsum, vel armis tenebat, vel

vel excludebat: & quacunq; grassabatur, per forum, per Urbem, semper agmen armatorum secum ducebat, Leges Civitati per vim imponebat, exsules sine Lege restituebat, pecuniam publicam maximam dilapidabat, ærarium exhauriebat, vectigalia minuebat, & Vendebat, Provincias unus omnes concupiscebat, nonnullas sub *Imperio Romano* tollebat, Regna addicebat pecuniâ.

Cicero igitur cum videret hæc in Urbe geri, tantumque cædis periculum impendere, *Bruto* præsertim & *Cassio Libertatis defensoribus*, reliquisque sociis urbe cedentibus ipse etiam ex Urbe sibi excedendum putavit.

Ingressus igitur navem in *Achaiam* concessurus, adversis ventis in *Italiam* rejectus, frustraque promissis Amicorum pridie *Kal. Septembris*, cum multorũ gratulatione in Urbem rediit. Post-

Antonius senatum convocat, & in Cic. absentē graviter invehitur.

Postridie verò cum, *Senatu* per *Antonium* convocato, ipse insidias veritus non venisset, excusans se adhuc de Via Languere adeò vehementer offendit *Antonium*, ut in absentē graviter inveheretur, minatus etiam, nisi veniret, se fabros missurum, & fores ejus effracturū.

XXVI. *Cic. in Senatum venit, & Antonium fortiter oppugnat, Orationibus in eum habitis, & ex urbe fugat.*

Cicero igitur his ejus injuriis lacessitus, postridie in *senatum* venit, & illius audaciæ forti animo restitit, nec conquievit, donec, habitis in eum gravissimis Orationibus, quæ *Philippicæ* nuncupantur, ex Urbe illum exturbasset. Pulsus igitur ex Urbe cum sceleris sui sociis *Antonius*, copias quas potest maximas apud *Brundusium* comparavit.

XXVII. *Antonius ex Urbe Pulsus. Ad Antoniū Hirtius & Pansa Coss. persequandū missi sunt, a Senatu;*

Ad hunc persequendum missi sunt à Senatu duo Coss. *Hirtius*, & *Pansa*, & *Octavius Julii Cæsaris Nepos*, & *adoptione Filius*, adolescens præclarâ indole, & Virtute,

natus

natum suum annos 18 quem *Cæsar* testamento hæredem ejus reliquerat, nomenque suum ferre jusserat. — Hic cum *Cæsar* occideretur, agebat *Apolloniæ*, sed cognitâ magni sui *Avunculi* cæde, venit in *Italiam*, & ejus aditâ hæreditate *Cæsar Octavianus*, ob singularem ejus virtutem maximaque in Rempub. merita, *Augustus* postea est Appellatus. Hic ab Evangelista Luca Cap. 2. memoratur, & valet ad veritatem Nativitatis Christi asserendam; Christus autem natus est Anno Augusti 42.

Octavius Julii Cæs. Nepos, adoptione Filius hæres Imperii à Cæs. testamento relictus.

XXIX

Octavius appellatur Augustus.

Octavius igitur firmissimo exercitu comparato, furibundos *Antonii* impetus retardavit: donatus ob id à Senatu statua aurata in *Foro*.

XXVIII

Antonius verò ab *Octavio* fusus, & à Senatu hostis judicatus, mutilato exercitu, *Mutinam Cisalpinæ Galliæ civitatem* obsidens, oppugnat *D. Brutum* Imperatorem, sed

Antonius ab Octavio vincitur. Antonius tamen Mutinam obsidet.

idem *Brutus*, ab *Octaviano*, cum duobus Coss. *Hirtio* & *Pansa*, cruentissimo prælio victus atque fugatus est, tribus his Imperatoribus supplicatio 50 dierum à *senatu* decreta est.

Brutus ab Octavio vincitur & profligatur.

XXIX. Victus *Antonius* ad *M. Lepidum* qui tum in *Gallia* militum invictorum grandes habebat copias, confugit, a quibus Bellum renovatur, & ipse *Lepidus* pridie Kal. *Quinctiles* hostis etiam a *senatu* judicatur, ejusque in *foro* inaurata statua evertitur;

Antonius ad M. Lepidum confugit.

Dedit hoc tempore *Cicero* complures epistolas ad *D. Brutum*, & *Plancum*, ut fusum *Antonium* persequerentur; sed per *Lepidum Antonius* cum *Octaviano* redit in gratiam;

Cic. epistolas ad D. Brut. & Plancum scribit. Antonius per Lepidum Octaviano reconciliatur.

Octavius igitur quasi vindicaturus Patris sui mortem, *Romam* cum exercitu profectus, extorsit, ut sibi pridie quàm annos XX impleret,

10

10 Kal. Octobris Consulatus decerneretur.

Inter hos *tres* inito *Triumviratu*, cum rumor de illorum in Urbem adventu & proscriptione multorum civium equestris & Senatorii Ordinis percrebuisset, *Cicero* Antonii crudelitatem reformidans, relicta statim Urbe, cum Q. Fratre in *Tusculanum* secessit & hinc in Formianum, indeque rursus *Cajetam*, *Cajeta* navim conscensurus cogitabat in Macedoniam ad M. Brutum jam recens victorem. XXX. *Cic. Antonium reformidans urbem relinquit, & fugit.* *Cic. per mare in Macedoniam abire cogitat.*

Q. vero *Frater* ut *se* & *Ciceronem* commeatu & Viatico instrueret, *Romam* reversus, & paucis post diebus, proditus per familiares quosdam, unà cum filio suo ab insidiatoribus in via occisus est. *Q. Frater cum filio suo itinerantes occiduntur.*

M. verò *Cicero* ingressus jam mare, cùm crebros volventes fluctus perferre non posset, ad littus iterum delatus, reversusque ad superiorem. XXXI. *Vi tempestatis ad littus rejicitur.*

periorem villam paulò plus mille passibus dissitam, *Moriar*, inquit, *in patria mea à me sæpe servata.* Sed proditus per *Philologum* quendam *Quinti Fratris Libertum*, itineris *Ciceronis* conscium, à militibus ipsum persequentibus comprehenditur.

Philologo Q. Frat: liberto prodituus, comprehenditur & à Popilio Tribu. Pleb. occiditur: quem Parricidii reum antea Cic. servaverat.

Quo tempore dictum factum, ecce cum *Lictoribus* adsunt percussores, *Herennius Centurio*, & Popillius Tribunus Pl. antea Parricidii reus, à Cicerone defensus ac servatus.

XXXII.

Hic venerandus ille senex annum jam agens 64. jugulum ponentibus è Lectica qua vehebatur, cano capite prominens, cervicem immotam, Authore *Livio*, eis præbuit. A qua cum caput præcidissent, etiam manus quibus *Philippicas Orationes* in *Antonium* conscripserat, amputârunt, caputque a corpore præcisam, cum manibus ad *Antonium*

Cic. cædes.

nium retulerunt ; pro *quo Popilio dedisse ducenta quinquagenta millia drachmarum dicitur* : ejusque jussu sursus ablatum, & inter abscissas manus positum in Rostris, in quibus ille Rempub. consul magnificus defenderat.

Hic fuit illius clarissimi viri, Patriæque suæ Amantissimi, tristis, ac plusquam tragicus exitus, cui pro virtute animi, pro constantia, pro amore, ac incredibili potius in Rempub. & Patriam suam pietate, civilis ferri subeunda fuit teterrima crudelitas, quâ omnis omnium barbaries superata est, ut, non injuriâ in ejus cædem, exclamet ille Vetus Poeta, *Cornelius Severus*, hisce versibus quos adscripsimus.

Cornelii Severi De Cicerone
[illegible]

QUid favor, aut cœtus, pleni quid honoribus anni,
Profuerit sacris exacta quid Artibus ætas?
Abstulit una dies ævi decus, ictaque Luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia Linguæ,
Unica sollicitis quondam tutela, Salusque,
Egregium semper patriæ caput, ille Senatus
Vindex, ille fori, Legumque, Rituumque, Togæque,
Publica vox ejus æternum obmutuit Armis.

FINIS.